

Johann Huswedel

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Johanni Gladovio, Marito carissimo, Vidua moestissima paratas cupit, Omnes omnium ordinum Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[j]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450119>

Druck Freier  Zugang





Huswedel, J. ,  
in J. Gladow.  
R. 1639.















RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-  
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

*AD EXEQUIAS*

*Quas*

*Integerrimo Viro*

Dn. JOHANNI

GLADOVIO, Marito

carissimo,

Vidua moestissima paratas

cupit,

*Omnes omnium ordinum Academia Civis hodie  
hora media prima in templum Jacobaeum  
invitat.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M DC XXXIX.



**S**ervatoris nostri vox est & voluntas, ut  
qui Sacramento ejus obstrictus, ejus  
militiam sequi, & sub signis ejus me-  
rere in animo habet, sic comparet se ad  
sui ipsius abnegationem, ad crucis &  
afflictionum tolerantiam, ad vestigia eju, qua ipse  
Imperator præcessit, alacriter sequendum & pre-  
mendum. Quorum primum eam vim habere vi-  
detur, ut postulet à nobis eam vitæ emédationem,  
qua propemodū à nobis ipsi. discessisse, & nosmet  
ipsum odio prosequi videamur. Cum enim non ni-  
si illis delectari debeamus, quæ apud Deum in pre-  
cio sunt, & pondus, aliquid habent, Deo autem ea  
tantum videantur magna, quæ solida sint & æterna,  
minimeq; fluxa aut momentanea, sequitur ut &  
nos ipsos, qui pulvis & umbra sumus, (*capitula dice-*  
*ret Epictetus,*) contemnamus, & sic omnibus cupi-  
ditatibus nostris, utpote inanibus, terrenis, ac futi-  
libus abjectis, totam mentem & omne studium di-  
rigamus in Deum, nec interim cogitemus, quid de  
fortunis & opibus nostris, de fama & existimatio-  
ne, de corpore & vita sit futurum, nedum, ut vel ina-  
ni gloriæ comparandæ, vel opibus congerendis, vel  
deniq; voluptatibus operam nostram navamus.  
Hunc primum gradum qui obtinuit, ei difficile nō  
fuerit ad cæteros duos pervenire. Afflictiones e-  
nim & crucem nullo negotio vel quotidie feret,  
id



id est, ad omnia acerba subeunda & ferenda paratus  
erit, quippe qui eo animo sit p̄ditus ut omnia cor-  
poris & fortunæ bona pro nihilo reputet, & se me-  
liori, quam ipse Imperator ejus atq; Dux fuerit for-  
tuna dignum esse minimè judicet; certa interim &  
explorata spe cōcepta, fore, ut pro his terrenis & ca-  
ducis, æterna & cœlestia copiosè recipiat. Hoc igitur  
onere & mole rerum frivolarum liberatus, expeditior  
ad tertium gradum conscendet, & quoad ejus  
fieri potest, omnem vitam suam, ad sui Ducis imagi-  
nem effinget componetq; . Ad hanc Redemptoris  
nostri doctrinam, ac disciplinam accedere conatu-  
ea, quæ est meræ, sed tamen & rectæ, Rationis, & ve-  
stigia majora ac diviniora adorantis; quæ actiones  
nostræ dividuntur in duo genera, quorum alterum  
*τῶν ἐφ' ἡμῶν*, sit in nostra potestate & arbitrio, alterum,  
*τῶν μὴ ἐφ' ἡμῶν* non sit: Nam genus & proavos, & quæ  
non fecimus ipsi, Vix ea nostra puto, inquit ex hoc  
scito poeta. An vero magis nostra putabimus, quæ  
fortuna, quæ miles, quæ prædo, iniquus judex, alij id  
genus, eripere possidenti possunt? Nil non mortale,  
(imo & alienum) tenemus, Pectoris exceptis inge-  
nijq; bonis. Regna super imperantes jacuerunt, Im-  
peria vetera in ipso flore cecidere. Iniri non potest  
numerus, quam multa ab aliis fracta sint, cum Deus  
alia exaltet: alia submittit, nec molliter ponit, sed  
ex fastigio suo, nullas habitura reliquias deturbat,  
S 2 jaçtatq;



jaclatq; Nos magna ista credim⁹, quia parvi humili-  
lesq; sumus, & multis non ex natura sua, sed ex hu-  
militate nostra magnitudo est. Quid magnum in  
rebus humanis? Vitia sua domare, qua victoria nul-  
la major est. Multi sunt, qui res magnas habent in  
sua potestate, pauci qui Se. Erigere animū supra mi-  
nas & promissa fortunæ; nihil ejus dignum putare,  
quod speres; non admittere in animum mala con-  
silia; puras manus ad cœlum tollere; nullum pe-  
tere bonum, quod ut ad te transeat, aliquis dare  
debet, aliquis amittere: optare, quod sine adversa-  
rio optatur, bonam mentem: cetera magno aesti-  
mata, etiam si quis domum casus attulerit, sic intue-  
ri, quasi exitura, qua venerint. Hominis meminisse,  
ut, qui felix est, sciat, non futurum diu, qui infelix,  
non esse, qui non putet. In primis labris animam  
habere; quæ res efficit, non ex jure Quirintium libe-  
rum, sed naturæ. Liber autem est qui servitutem ef-  
fugit sui. Hæc est assidua servitus, & ineluctabilis,  
& per diem ac noctem æqualiter premens, sine in-  
tervallo, sine commeatu. Sibi servire, gravissima  
servitus est; quæ discutere facile est, si deseris multa  
te poscere, tibi referre mercedem, si ante oculos &  
naturam posueris & ætatem, licet prima sit, ac tibi  
dixeris, vel dicentem audias; Quid insanio, quid  
anhelo, quid sudo, quid terram infinitâ verso, quid  
forum viso; Nec multo opus est, nec diu, Possent a-  
lia



liã ex hoc Rationis humanæ larariõ proferri, sed i-  
sta hac vice sufficient, & cætera suæ reservantur oc-  
casioni, licet cum suo defectu conjuncta, quem in-  
nobis doctrina Servatoris nostri abunde explet. In-  
nutritus est, huic doctrinæ Vir & civis primarius,  
Dn. JOHANNES Gladow/p. m. mem. qui bene na-  
tus, honestè vixit, pie mortuus est, Natus enim est  
hac in urbe ex parentibus inter primos honestis ac  
primarijs. Anno hujus seculi secundo. Pater enim  
ei erat Vir Amplissimus & Prudentissimus Dn. VIN-  
CENTIUS Gladow/p. m. Consul hujus Reip. bene  
meritus, qui ex honestissima conjuge & matrona  
primaria MARGARETHA Kösters / hunc filium  
suum dicto anno genuit. Illius Pater, hujus nostri  
avus paternus Vir Ampliff. & Consultiff: Dn. HEN-  
RICUS Gladow/J. U. D. clarissimus & Senator hu-  
jus Reipubl. gravissimus. Avia paterna, ELISABE-  
THA von Herwerden/ex antiqua, hac in civitate fa-  
milia, mulier primaria. Avus maternus ANDRE-  
AS Köster/civis hujus Reipubl. primarius. Avia ma-  
terna MARGARETHA Daffowen / ei legitimè  
nupta foemina honestissima. Hic primus nostrò piò  
defuncto ad civilem felicitatem gradus fuit, hone-  
stis & primarijs ortum esse majoribus: quem subli-  
mior secutus est renascentiæ spiritualis per lavacrũ  
regenerationis & renovationis in Spiritu S. Exceptit  
illum tertius convenientis & accuratæ educationis



& institutionis à prima ætate ad pietatem, honestatem, eruditionem, & alia captui ejus convenientia: sed indoles ejus facile ostendit ingenium à studio literario ad mercatorium proclivius, & parentibus de filio sollicitis, scientibusq; nihil invita Minerva tentandum, persuasit, ut mitterent eum in Bataviã ad urbem negotio mercatorio longè celeberrimã Amstelrodamum, Cujus præstantia cum ad se visendam trahat quosvis, hunc nostrum quoq; hac occasione traxit ad negotia discenda, quæ in patria exerceret. Venit ergo, vidit, didicit, & expeditis rebus, quarum causa venerat, in patriam ad parentes reversus est. Patrem amisit jam grandior & rebus gerendis maturus: cujus obitu factum est, ut de solacia rei Oeconomice prospicienda cogitaret, ac inter amicos deliberaret. Electa est, Deo providente, Virgo primaria Amplissimi Viri, & Consulis prudentissimi Dn. JOACHIMI Schütten/ p. m. filia; Clariss. & Consultiss. Viri Dn. NICOLAI Schütten/J. U. D. & Professoris, collegæ & amici nostri colendi soror EMERENTIA, quæ rite quidem & legitimè in matrimonium ei tradita est anno 1633, sed parum diuturnum. Etenim intra primū conjugij vertentem annū, cū filiulam MARGARETAM ELISABETHAM tempestivo partu in hanc lucem edidisset, adhuc, Dei gratia, superstitem, ipsa post partum ex hac vita discessit, ac maritum juvenem, plenum



plenum luctus ac desiderij destituit. Grave hoc vul-  
nus fuit quidem, sed medicabile tamen, accedente  
providentia divina, quæ alteram ei conjugem de-  
stinavit anno post prioris obitum videlicet 1634.  
Vixit Stetini in Pomerania Vir Clariss. & Experien-  
tissimus Dn. GERVASIUS *Marstaller* / Medicinæ  
D. & Illustriss. Prin. ipis Medicus aulicus, Hujus re-  
lictæ filiæ, CLARA, Virgo lectissima & pudicissima  
huic nostro, legitimis nuptiis junctæ, vixit cum cõ-  
juge in pio, placido & felici conjugio, sed nec isto  
diuturno (solos enim quatuor annos duravit) fœ-  
cundo tamen. Editi enim sunt legitimo & felici  
partu duo filioli VINCENTIUS & GERVASIUS  
ad huc superstites, Dei benignitate, & ut diu sint vo-  
vemus: filiola vero una ANNA DOROTHEA,  
ante menses aliquot Patrem in hac mortalitatis via  
præcessit. Huic benedictioni divinæ alia sine du-  
bio accessissent amoris, concordiæ & pacis dome-  
sticæ incrementa, nisi in ipso ad felicitatem istam,  
cursu intervenisset, quod solum, pios & pacis aman-  
tes conjuges dirimere potest. Cum enim toto elapsæ  
æstatis tempore de valetudine in becilliore cõque-  
stus esset, tamen viribus & robore juvenili præditus,  
omnem istam in becillitatem superatū iri speravit,  
Sed frustra, cum ante dies quasi duodecim ita cre-  
verit morbo, ut vires corporis, robur ætatis proster-  
neret, arti & industriæ Medicæ locum nullum relin-  
que-



queret & ad finem omnia dirigeret. Quem cum  
imminere sibi sentiret, fecit, quod eo tempore fa-  
ciendum pietas ac animæ fidelis cura suadebat, &  
viatico corporis & sanguinis Dominici se instrui ac  
muniri voluit. Cujus voti sui compos factus, ex  
hac mortali, terrena & caduca vita in alteram im-  
mortalem coelestem & æternam pie ac beatè emi-  
gravit nudius tertius mane hora 4. anno ætatis 36.  
Cuius mariti sui obitu, quin gravissimum dolorem  
ceperit vidua, nihil est quod dubitemus? Verum  
nec illud in dubio est, quin identidem repetet eam  
orationis Dominicæ particulam, qua rogamus ut  
patris nostri, qui in Coelis est, voluntas fiat. Id quæ  
ex animo rogat, non ægrè feret, si voluntas ejus etiã  
in cruce fiat, quæ cum sit paterna, nulli iniquitati  
vel rigori conjuncta esse potest. Sed & nos cives  
Academicifacere æquum est, quod pietas Christia-  
na & Caritas postulat. Appareamus ad exsequi-  
as, quæ hodie hora media prima fient, in templo S.  
Jacobi, frequentes, & provinciam, Academiam, ur-  
bem, adeoq; nos ipsos Deo opt. max. supplices  
Commendemus. P. P. sub sigillo Recto;

ratus die 19. Januarij Anno

M DC XXXIX.




















plenum luctus ac desiderij destituti-  
nus fuit quidem, sed medicabile ta-  
providentia divina, quæ alteram e-  
stinavit anno post prioris obitum v-  
Vixit Stetini in Pomerania Vir Cla-  
tissimus Dn. GERVASIUS ~~Mars~~  
D. & Illustriss. Prin. ipis Medicus au-  
lecta filia, CLARA, Virgo lectissima  
huic nostro, legitimis nuptiis juncti  
juge in pio, placido & felici conjugi-  
diuturno (solos enim quatuor anno-  
cundo tamen. Editi enim sunt leg-  
partu duo filioli VINCENTIUS &  
ad huc superstites, Dei benignitate, &  
vemus, filiola vero una ANNA I-  
ante mensēs aliquot Patrem in hac r-  
præcessit. Huic benedictioni divin-  
bio accessissent amoris, concordie &  
sticæ incrementa, nisi in ipso ad felici-  
cursu intervenisset, quod solum, pio-  
tes conjuges dirimere potest. Cum en-  
æstatis tempore de valetudine in bec-  
stus esset, tamen viribus & robore juv-  
omnem istam inbecillitatem supera-  
Sed frustra, cum ante dies quasi duod-  
verit morbo, ut vires corporis, robur  
neret, arti & industriæ Medicæ locum



be vul-  
dente  
m de-  
3 4  
erien-  
icinæ  
us re-  
ssima  
n cō-  
isto  
fœ-  
felici  
SIUS  
t vo-  
EA,  
svia  
du-  
me-  
am,  
nan-  
pfa  
ue-  
tus,  
vir,  
re-  
ter-  
lin-  
uc-